



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Le. vi

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

infernū & subuertit potentiam
 diaboli. Hodie por. **Lectio v.**
Accessit ḡ hō ad illas omnes
 passiones que in illo nihil va-
 lerent nisi esset homo. Sed si
 ille non esset homo non libe-
 rareretur homo. Accessit homo
 ad cor altum: id est secretū cor
 abditum obijciens humanis
 aspectibus hominem seruans
 intus deum: celans formā dei
 in qua equalis est patri & offe-
 rendis formam serui in q̄ minor
 est patre. **R.** O vos omnes q̄
 transitis per viam attendite
 & videte si est dolor similis si-
 cut doloꝝ meus. **P.** Attendi-
 te vniuersi populi & videte do-
 loꝝ meum. Si est doloꝝ si-
 milis sicut doloꝝ meus **Le. vi**
Quid sequitur: Sagitte in-
 sanctorum facte sunt plage eoz.
 Ubi est illa seuitia: vbi est ille
 fremitus leonis populi rugie
 nis & dicentis crucifige cruci-
 fige Ubi sunt insidie arcū ten-
 dentium Nonne sagitte insā-
 tium facte sunt plage eozum.
R. Ecce quomodo moritur
 iustus & nemo percipit corde:
 & viri iusti tollunt: & nemo cō-
 siderat a facie iniquitatis sibi
 latus est iustus. Et erit i pa-
 cememoria eius. **In pace**
 factus est locus eius: & in syon
 habitatio eius. **Et. R. repetit**
loco gloria In tertio noctur
no an De' adiuuat me: et do-

minus susceptoꝝ est anie mee?
ps Deus in nomine. **an.** In
 pace factus est locus eius: et i
 syon habitatio eius. **ps** No-
 tus in iudea. **an** Factus sum
 sicut homo sine adiutorio in-
 ter mortuos liber. **ps** De' de-
 us salutis. **In pace factus**
 est locus eius. Et in syon ha-
 bitatio eius. **Lectio septima**
Quapropter intermittentef
 inchoationis christi sermonē
 ad perfectionem feramur: nō
 rursum iacientes fundamētū
 penitentie ab operibus moꝝ-
 tuis: & fidei ad deum baptis-
 matum doctrine impositionis
 quoq; manuum ac resurrectio-
 nis mortuozum & eterni iu-
 dicii. Et hoc faciemus si qui-
 dem permiserit deus. **R.** Esti-
 matus sum cum descendentibus
 in lacum. Factus sum si-
 cut homo sine adiutorio inter
 mortuos liber. **P.** Et sic vul-
 nerati dormientes proiecti
 in inonumentis quozum non
 es memor amplius: & ipi qui-
 dem de manu tua repulsi sūt
 Factus sum **Lectio octaua**
Impossibile est enī eos qui se-
 mel sunt illuminati: gustauē-
 runt etiam donum celeste: & p-
 ticipes facti sunt spiritus san-
 cti: gustauerunt nihilominus
 bonum dei verbum: virtutes
 q̄ seculi venturi & prolapsi sūt
 renouari: rursus ad penitentiā